

Theracides phus



Pythagoras phus



Theracides Syrus natione: philosophus egregi⁹ pittaci philosophi au-
ditor tempestate ista ingenio singulari peditus agnoscitur. Qui prim⁹
apud grecos de natura et de dijs scripsit. primusq; teste Cicerone libro. s. tu-
sculanorum questionum animos sempiternos esse affirmavit. Qui et teste Laer-
cio multa predixit que mirabilia videbantur. Hic etiā Plinio teste libro. 12. Pro-
sam orationem primus condidit: fuitq; preterea Pythagore philosophi prece-
ptor. Et Taleti philosopho lias plurimas scripsit. Et ab eodē multas suscepit.

Pythagozas preclarissimus philosophus natōne sami⁹. Et ipse tēpestate hac
toto orbe terrarum clarissimus fuit. Hic a primo exime pulchritudinis
ac venustissime forme insignis fuit. Qui cum musice plurimū doctus fuisset cui⁹
principia apud grecos primus ad artem pduxit. Et geometriam omnē pfectit: at-
q; pondera et mensuras inueniens etiā grecis primū contulit. In primis namq;
circa Arithmetica vocavit: et medicinam non neglexit. Animas vero hominu
de corpe in corpus transire opinatus est. Licet autem etas illa nullum sibi pepe-
risset equalē se tamen sapientes appellari erubuit: sed se phm id est amatore sapi-
entie dixit. Italis legem dedit: cū apud Corthoram ethurie urbem ex grecia ve-
nit. Eius institutū fuit ne scolas eius intrans de philosophicis ante quinquenni-
um disputaret. Eius libri ab Atheniensibus feruntur concremati. Variē eius se-
runtur sententie per Laercium: vnaz hic apponim⁹. Fugienda inquit modis om-
nibus et abscindenda sunt hec omnia scilicet languor a corpe. imperitia ab ania
luxuria a ventre. a ciuitate seditio. a domo discordia. et a cunctis reb⁹ intēperatia.

Sapho poetissa



Ezechiel ppheta



Daniel ppheta



Sapho Cretea diuini ingenij poetrix per hec tempa claruit et plectrum pri-
ma inuenit. Hec viro ditissimo nupsit. Ex quo dydan filium suscepit habu-
itq; discipulas Anagoram Milesiam Longillam Colophoniam et c. quas etiaz
lyricos quosdam docuit versus. Scripsit autē hec modulos lyricos Epygrāma-
ta: elegiam. iambos et monades: fuit quoq; vates nobilissima.

Ezechiel propheta et sacerdos domini vir sanctus. Qui cum rege Joachim
captiuus adductus fuerat in babilonem. pphetavit futuras populi iudeo-
rum calamitates. Et hec ex babilonia in hierusalem ad Sedechiam regem misit
Cui tamen rex idem non credidit. Tricesimo deinde etatis anno: et captiuitatis
sue quinto librum pphetie componere cepit: hunc reliquit iudeorū Dan et Gad
quibus pridixerat eos in hierusalem non regressuros apud babiloniam interfe-
ctus est. Et in sepulchro Sem filij noe sepultus.

Daniel desideriorum vir et ppheta celeberrimus ex regum iudeorum fami-
lia natus. A nabuchodonosor chaldeorum rege in babilonē cum Joachim
rege captiuus ductus: et ab eodem enutritus anno nono Sedechie regis hieru-
salem postq; paruulus in fontem Susannam a morte liberasset: diuino spiritu il-
lustratus: primam regi caldeorum visionē soluit. Ideo curatorem regni consuti-
it: quo mortuo filio eius balthasar cū litteras in pariete expossuisset terminū ei⁹
pronunciauit. Destructo autem babiloniorū rege a dario Astyagis filio in Ahe-
diam pductus. Inuidia autem preualente in lacum leonum missus: deinde salua-
tus in preceliore honore habitus. Scripsit autem librum pphetie in decem vi-
siones diuisus quas se vidisse refert. Tres sub Nabuchodonosor. Tresq; sub bal-
thasar eius filio. Septimam et octauam sub dario: et duas vltimas sub Cyro tā-
dem in Ebathenis Aedie ciuitate sepultus.

vocone
labre